

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum diuida[n]tur co[n]uenienter in virtutes politicas, purgatorias
purgati animi, & exemplares.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. LXII.

utis efficiuntur. Cui autem deest materia virtus aliquis, non potest se exercere in actu illius virtutis, licet possit appetere exercitium illius. & propter eam sic ut magnificencia non generatur in eo quod magnos spiritus non exerceat, quia uis uellet si posset, ita temperantia non generatur in eo quod cōcūpientias delectabilium tactus non moderatur, quia uellet si posset. Et quamvis huius uelle, si posset, i nobis ad eandem spēcē reducas, ad quā spectat ipsius exercitium, quia actus exercitus in nobis specie confitimus, obiectū fuit uolitiois, & ad huius trahit speciem in angelis tamen, in quibus huiusmodi actus exercitiū non possunt caderē secundum affectū, nec speciem aliquam confitimus, nec uolitionem ad specie trahunt; sed sunt in huiusmodi uolitiones actus iustitiae, qua eorum uoluntas eligitur omnibus, etiam cōditio natis obiectū subesse diuinę legi. Et hac dīta sufficiat, ne ridiculo sīstamus philosophis, ponendo uniuersitatem uirtutis politicas i substantiis separatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus loquitur de his uirtutibus, secundum quod sunt circa res humanas, puta, iustitia circa emptiones, uel uenditiones, fortitudo autem circa timores, temperantia circa concupiscentias: sic enim ridiculum est eas Deo attribuere.

AD SECUNDVM dicendum, quia uirtutes humanae sunt circa passiones. I. uirtutes hominū in hoc mundo conuersantur: sed uirtutes eorum qui plenam beatitudinem assequuntur, sunt absque passionibus. Vnde * Plotinus dicit, quod passiones politicae uirtutes mollient, id est ad medium reducunt: secundum. I. purgatoriae auferunt: tertia quae sunt purgati animi obliuiscuntur: in quartis scilicet exemplaribus, nefas est nominari, quamvis dici possit, quod loquitur hic de passionibus secundum quod significant aliquos inordinatos motus.

vide in Ma-
crobi loco
citatō in ar-
gu. Sed contra.

Ca. 7. nō Ion
ge a. nō. 10. 5

titudo autem Dei est eius immutabilitas: iustitia uero Dei est observatio legis aeterna in suis operibus. sicut * Plotinus dixit. Et quia homo secundum suam naturam est animal politicū, uirtutes huiusmodi prout ī homine existunt secundum conditionem suę natura, politicae uocantur, prout. I. homo secundum has uirtutes rendit, secundum quem modum haec est de his uirtutibus locuti sumus. Sed quia ad hominem pertinet, ut etiā ad diuinā se trahat quantum potest, ut etiā Philosophus dicit in 10. * Ethico. & hoc nobis in sacra scriptura commendatur multipliciter, ut est il lud Mat. 5. Estote perfecti, sicut & Pater uester celestis perfectus est; necesse est ponere quasdam uirtutes medias inter politicas, quae sunt uirtutes humanae: & exemplares, quae sunt uirtutes diuinæ, quae quidem uirtutes distinguuntur secundum diuersitatem motus & termini, ita scilicet, quod quādā sunt uirtutes transiuentium, & in diuinam similitudinem tendentium: & haec uocantur uirtutes purgatoriae, ita scilicet, quod prudentia omnia mundana diuinorum contemplatione despiciat, omnemque anima cogitationem in diuina sola dirigit: temperantia uero relinquat in quantum natura patitur, quae corporis usus requirit: fortitudinis autem est, ut anima non terreatur propter excessum a corpore, & accessum ad superbum: iustitia uero est, ut tota anima cōsentiat ad huiusmodi propositi uia. Quādā uero sunt uirtutes iam assequentiū diuinam similitudinem, quae uocantur uirtutes iam purgati animi, ita scilicet, quod prudentia sola diuina infueatur, temperantia terrenas cupiditates negat, fortitudo passiones ignoret, iustitia cum diuina mente perpetuo fodere societur, eā scilicet imitando: quas quidem uirtutes dicimus esse beatiorū, uel aliquorum in hac uita perfectissimorum.

AD TERTIVM dicendum, quod deserere res humanas ubi nec essitas imponitur, utrumcum est, alia est uirtuosum, unde parum * supra Tullius premittit: His forsitan concedendum est rem publicam non capescientibus, qui excellenti ingenio doctrinæ se dederunt, & his qui aut ueritatis imbecillitate, aut aliqua grauiori causa impediti, a republica recesserint, cum eius administrande potest alieni laudemque concederent, quod consonare, quod * Aug. dicit 19. de ciuit. Dei. Otium sanctum querit charitas ueritatis negotium iustum suscipit, necessitas charitatis, quam lacrimam si nullus impunit, percipiendo atque intuendō uacandum est ueritati: si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem.

AD QUARTVM dicendum, quod sola iustitia legalis directe respicit bonum commune: sed per imperium omnes alias uirtutes ad bonum commune trahit, ut in 5. * Eth. dicit Philosophus. Est enim considerandum, quod ad politicas uirtutes secundum quod hic dicuntur, pertinet non solum bene operari ad commune, sed etiam bene operari ad partes communis, scilicet ad domum, uel aliquam lignarem personam.

Super Quatuor
Artic. primus.
De uirtutibus Theologicis, in quatuor
articulos divisa.

DEINDE considerādum est de uirtutibus Theologicis.

Et circa hoc quae runtur quatuor.

¶ Primo. Vtrum sint aliquę uirtutes Theologicæ.

¶ Secundo. Vtrum uirtutes Theologicæ distinguuntur ab intellectu & moralibus.

¶ Tertio. Quot, & que sunt.

¶ Quartio. De ordine earum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sint aliquę uirtutes theologicæ.

AD PRIMVM sic proceditur.

Viderur, quod non sint ali que uirtutes Theologicæ. Vt n. dicuntur in 6. * Ethic. uirtus est dispositio perfecti ad optimum. dico autem perfectum, quod est dispositum secundum naturam: sed id quod est diuinum, est supranaturalis. Vnde scilicet debilius rem partem, id est clauso non est similius, & proprius rea author in litteris dicit, quod etiam ob hoc iste uirtus dicuntur diuinæ, quod ex sola diuina debet ratione sciuntur. Secundum qualitas harum uirtutum: cum enim finis in operabilibus sit principium, & beatitudinem per hoc quod est finis ultimus, in primis principiis, oportet supponere, quod prima principia proxima bonorum operationum habent beatitudinem & obiectum, sicut appetit in nobis respectu felicitatis naturae.

In parte namque apprehensionis habemus habitum principiorum, quo indicantur, ut beatitudine est, ut apparet.